

tanta, quod reddit actum in naturam sue formaz, id est, quasi ex intentione faceret contra praeceptum, quod contingit quando id facit nil cunctando, an violet festum. Sic tener Gaet. in summa, verbo festorum violatio; & dicit hoc esse commune omnibus praeceptis. Idem generaliter in omnibus praeceptis docet Nauar. cap. 23. Hisp. num. 42. Lat. 43. & in omissione Missa dicemus idem mat. de audit. Missa, & in ieiunio idem diximus hoc lib. 5. cap. 1. de ieiun. dub. 6. idem tenent viri docti, & ex professo dixi lib. 1. sum. c. 17. a. 18. ad 21.

3. Vnde hoc est bonum documentum, ut confessores, & concionatores doccent penitentes timoratos, quod quando bona fide putant se habere causam, licet non sit in rei veritate sufficiens, excusantur: debent tamen illos admonere, ut in rebus sui officij, & in rebus ordinatis consulant viros doctos, ut ab eis intelligent quid licet illis facere. Sic tenent viri docti.

4. Tertia conclusio. Ex paritate materia excusat quiis à mortali, iuxta omnes. Hac autem mo-

dicitur arbitrio boni viri pensanda est, ut ait Sylvest. verbo Dominica, quest. 4. Alcozer in summa, cap. 17. exemplificat, ut si per quadrantein laborauit in die festo. Aliqui vero iuniotes dicunt etiam laborare per duas horas non esse peccatum mortale; quia est duodecima pars diei naturalis, scilicet viginti quatuor horarum. Existimo tamen minus quam duas horas non esse peccatum mortale. Et hinc excusati possunt à mortali futores circumcidentes calceos in die festo, & multi alii officiales, ut supra. Monendi tamen sunt, ne ex conscientia etronae peccent.

Tandem nota, quod Toletus in sua summa ait, quod officiales habentes confucudinem laborandi in qualibet festo parum, peccant mortaliter. Sed oppositum tenendum est, licet habeant propositum formale laborandi omnibus festis, in quolibet tamen festo parum; non enim peccarent mortaliter, sicut non peccaret mortaliter, qui haberet propositum comedendi viam passam in omnibus diebus ieiunij: de quo latè dixi lib. 1. summa, cap. 4. num. 12.



## LIBER SEXTVS Opuscularum moralium, seu Consiliorum.

### CAPVT I.

#### De iudicibus, & accusatione.

#### SUMMARIUM.

DVB. I. An index secularis possit in aliquo casu iudicare Clericos.

2. An Clericus in sacris constitutus, & laici heres ad iudicium fori secularis vocari possit ratiōne illius hereditatis, quemadmodum potuisse latius eiū successit.

3. An qui erat Clericus tempore commissi delicti, & post eis effectus laicus, ut se fatus est bigamus, &c. possit puniri pro tali delicto à indice seculari, postquam iam factus est laicus? & an usor Clericis coniugat gaudentis privilegio fori, gaudet etiam fori privilegio.

4. An indices Ecclesiastici possint iudicare Laicos.

5. Dato certum esse possit iudicium Ecclesiasticum in dictis casis iudicare Laicos, an possit eos etiam in carcere mittere.

6. An qualibet homo possit se cuiilibet iudici subiungere.

7. Qualiter peccat index extrahens reum ab Ecclesia.

8. Qui delinquentes possint ab Ecclesia, & ceteris locis gaudentibus hac immunitate extrahiri, & qui non.

9. An confidentes, vel mandantes delicta, ob que illa committentes non gaudent immunitate, ut homicidium alioscum, latrocinium, & gaudent immunitate Ecclesie, ita, ut inde extrahiri non possint.

10. An sodomitā gaudet immunitate Ecclesie.

11. An vi confisiens ad Ecclesiam inde extrahiri possit tanquam ea non gaudens, requiratur integræ & plena probatio qualitatis delicti, ob quam non gaudet, vel fati sempliæ probatio, que sufficit ad torturam.

12. An index promittens criminis impunitatem delinquentes, si ab Ecclesia exeat, tenetur ei seruare fidem.

13. An ubi delinquens immunitate Ecclesie gaudet, laicus indici ipsius intra Ecclesiam compedibus ligare ne quo libuerit fugere possit, vel Ecclesiam obdixerit, ne tali delinquenti dimittat, vicius, & vestitus deferatur.

14. Ego index laicus non possit fugientes ad Ecclesiam inde abducere, an possit ab eis arma legibus vetita etiam intra Ecclesiam auferre.

15. An ratione delicti fiat peccator subditus indici illius loci in quo deliquit.

16. An exempti ratione delicti forsaniam forum, ita subiiciantur illius loca indicibus.

17. An indici laicus indicare contra veritatem.

Th. Sanchez Consil. moral. Tom. II.

quam nouit propter ea que in contrarium proposi-tiuntur.

18. Utrum sicut iudex, ita & minister possit execu-ti sententiam contra veritatem sibi cogitam.

19. An cum iudex certo nouit aliquem innocentem, qui tamē incita allegata & probata nocens est, possit illi occidere ianuas carceris aperire, ut sic ipsius a morte eripiat.

20. An index possit aliquem condamnare, si accusator non sit.

21. An index possit disenserare in pena per legem statutam, illam totaliter remittendo, vel angendo, vel minundo.

22. An iū, qui apud indices intercedunt, ut penale legis remittant delinquenti, peccent.

23. An index possit sententiam latam, qua pena aliqua damnatur reum, possit penam illam minuere.

24. An index inferior possit mutare, vel interpretari sententiam, quam semel tulit.

25. An index possit compellere parces ad concordiam, & compositionem.

26. An homo tenetur ad accusandum.

27. An accusationem debent necessario procedere se-creta manu, id est, accusans teneatur prius corrigere reum, ut si corrigatur, cesseat ad accu-sationem.

28. An sit licitum accusare delictum, quod quis suf-ficienter probare non posset, & an semel accusa-tum licet reum accusare.

29. An patrum, vel iuramentum de non accusando vidat.

30. Quod prohibeantur accusare, & qui non.

#### DVBIVM I.

An iudex secularis possit in aliquo casu iudicare clericos.

**R**IMVS casus, in quo procedit dubium, est in causa reconventionis civilis, quando Clericus conuenit laicum coram iudice faculari, perendo aliquid ab ipso, & ipse laicus, ut si defenda, reconvenit Clericum in aedem caula. In hoc cauili quedam sunt certa, & quedam sunt sub iudice. Primum est certum, quod si cauila, super qua conuenit Clericus laicus, est spiritualis, vel ei connexa, non potest Clericus reconveniri coram laico iudice, & ita teneat omnes mox citandi. Secundum, etiam causa sit temporalis & criminalis, & conuenient laicus criminaliter, id est ad corporale supplicium, non potest Clericus reconveniri criminaliter coram iudice faculari. Ita omnes Doctores citandi.

2 At dubium est, an in causis ciuilibus possit recontentur clerici coram iudice faculari, & ita per reconiunctionem fiat laicus iudex clericorum, & clericus eius sententia parere tenetur. Quidam teneat partem negacionis, & ita negat primum calum ponitum. Ita Panorm. cap. 2. scilicet de iudic. n. 22. citans Iacobum de Butrio, Petrum de Bellam. Mart. Sylvestri. Archid. Joan. de Lign. Anton.

3 At contraria sententia est communis, & vera, & eam docet Part. 1. tit. 6. l. 5. & Gregor. Lopez ibi vers. aliis dñe responder. Innocent. cap. 2. de foro compet. Holt. tit. de mutius petitionibus, num. 3. Joan. Andr. Calder. Bart. citati per Panorm. Decius d. cap. at si clerici. Turrecrem. 3. quest. 8. cap. accusatores, num. 4. glossa cap. conuenienter 2. quest. 8. vers. Christus, & cap. at si clerici, vers. non tenet. Angelus verb. iudicium, num. 3. Tabien. verb. iudicare, num. 1. 2. Sylvestri. index 1. quest. 2. d. 4. Armil. n. 1. 9. D. Anton. 3. p. tit. 9. cap. 2. 8. 3. Anton. Gabriel. tom. 1. common. opin. lib. 3. fol. 2. 5. vers. clericis, & tenent docti junioris.

4 Sed nota hoc esse intelligendum, nisi laicus iniuriaret clericu super aliquid, ut ipse conuenitus a clericu coram iudice faculari, posset cum coram ipso reconvenire. Gregor. Lopez ibi.

5 Est etiam dubium inter auctores secunda sententia, an etiam in criminalibus possit clericus reconveniri coram iudice faculari non criminaliter, id est, ad peccatum corporale, quia ad hoc certum est, non posse, sed ciuiliter, ut ad peccatum pecuniarium. Quidam tenet posse, sic Angel. Tabien. Turrecrem. glossa d. cap. at si clerici, & cap. multis 2. quest. 1. verb. faculari.

6 At contrarium est verius, quod docet Gregor. Lopez. & Panorm. ibi, & alij per ipsos citati, Armil. ibi, idem innuit Sylvestri. D. Anton. ibi, & patet ex cap. vno de clericis coning. in 6. idem tenet Joan. Andr. & communiter canonista, telle Gregorio Lopez, idem Anton. Gabr. ibi, & tenent docti junioris.

7 Secundus casus est, quando id sit auctoritate Episcopi, & in causa mere temporali, tunc laicus potest iudicare clericum; quia potest Episcopus has causas laico delegare: non autem criminales, vel spirituales, sed perfona Ecclesiastica, ex cap. significasti, de foro compet. Ita tenet glossa cap. 2. de iudice, vers. non prefatam. Panorm. ibi num. 5. dicens esse communem, & citans aliquos. Armil. verb. index, num. 9. licet non ponat limitationem positam. Tabien. verb. iudicare, num. 9. Sylvestri. index, 1. quest. 2. dict. 4. Angel. verb. iudicare, num. 1. 2. Addit Sylvestri. & Armil. idem esse, si interueniat auctoritas Abbatis quodam monachum in exemplis, quia haberet quasi iurisdictionem episcopalem. Non tamen potest coram iudice laicus clericus conueniri, etiam si clericus consentiat cum consensu sui Episcopi. Glossa & Panorm. cap. significasti, de foro. comp. Grat. reg. 9. num. 8. Maranta de ord. iud. ap. d. 11. num. 2. Et ratio differentia est, & non nota Panorm. cap. 2. de iudice. num. 5. quia in prorogatione iurisdictionis laicus iudicatur iure proprio, & si est appellandum, id debet fieri ad superiori ipsius laici: at in delegatione securus, quia delegatus virtutarie & vice delegantis, & ffo illa iurisdictionis est ecclesiastica, cum delegatus nihil habeat iure proprio. 1. 2. ff. de officiis eius in mand. & iuris. & cap. P. & G. & cap. statu de officiis deleg. & ab ipso appellatur ad Episcopum delegantem.

Ex hoc infert Panorm. Episcopum non posse demandare laico potestatem excommunicandi, quia haec est spiritualis. De Papa vero concedunt Panorm. & glossa, quod potest laico delegare causas spirituales & criminales.

3 Tertius casus est. Quando propter delictum deponitur, & traditur faculari potestati.

Quartus ratione feudi.

Quintus si sit incorrigibilis. Sic Armil. & Sylvestri. ibi, & glossa 2. quest. 1. in principio.

Nota speciale casum, in quo clericus potest conueniri coram iudice faculari; scilicet quando facularis apud suum iudicem queritur de clericis, quod eum infamer, & petit ut eum liberet ab infamia ora ex alterius factatia iniuriantur causa tractanda est in foro faculari; quia in eo calumna clericis est reus, licet ipse item moueat, quae doctrinam colligitur ex l. diffamari, ff. de ingenio & manu missis. Et circa eam videri possum Molina de praeceptis, lib. 3. cap. 1. Couart. lib. 1. var. cap. 18. n. 1. Causalcanus decisi 9. de ultimis voluntatibus, p. 4. decisiones Pedemontanae 151. decisi.

Secunda conclusio. Extra hos casus, eti qui sunt alii in iure expressi, index facularis non habet potestatem in clericis, nec potest ipsum capere, nisi in flagranti delicto, ut ipsius traducatur iudicis Ecclesiastico: quod si fecus faciat, sacrilegium mortale committit, & incurrit excommunicatione; conclusio haec est omnium.

Tertia conclusio: Clericus a iudice faculari catus, non tenet comparere coram eo ad allegandum priuilegium, dummodo ipsum clericum esse appearat. Ita glossa cap. conuenienter 2. 3. 4. 8. vers. congrueret, & cap. nullus Episcopus 11. quest. 1. vers. vel exhibetur. Perez lib. 1. ordinarii, 3. 1. fol. 100. citans Felizum, Gratian. reg. 9. n. 10. Iulius Clars. practicarum lib. 5. §. 5. §. 5.

Quarta conclusio. Si iudex laicus extra casus 13 premios iudicet de clericis, priuari debet officio iudicandi, 2. 9. 1. c. nouum sive sententia valebit, cap. at si clerici, de officiis. & qui fecit eum vocare, debet amittere cauam, per lentiamentum tamen, & debet excommunicari. d. cap. motione sive & tunc que peccat mortaliter, & similiter clericus respondendo, nisi esset in minoribus, & vellere delovere clericatum, patet cap. clericum 11. 9. 1. vbi inbutur clericus, & ne coram iudice faculari respondeat. Ita Sylvestri. index 1. quest. 2. dict. 3. D. Anton. 3. p. tit. 9. cap. 2. 5. 3.

Quinta conclusio: Processus factus a iudice faculari, etiam ignoranter contra clericum, nihil vallet. Ratio, quia remota iurisdictione iudicis, nullius sunt valoris ab eo gesta, cap. ex literis, 5. fin. de officiis. deleg. Ita Speculator, quoniam refert & sequitur Perez ibidem.

Sexta conclusio: Si iudex facularis capit clericis propter maleficium, si notorium sit, esse clericum gaudentem fori priuilegio, tenetur statim illum remittere ad iudicem Ecclesiasticum absque illa causa cognitione. Si vero nec erat notorium esse clericum, nec in habitu clericali est inventus, non tenetur ipsum remittere donec probet esse clericum, & gaudere fori priuilegio, cap. si index, de sent. excommunic. in 6. Ita Nauar. in mammali, cap. 2. 5. num. 24. Sylvestri. index, 1. quest. 2. dict. 5. Tabien. verb. iudicare, num. 14. Armil. verb. iudex, num. 1. 2. D. Ant. 3. p. tit. 9. cap. 2. 8. 4. & adiuncti hi auctores, dempto Nauarro, debere in-

terim

cus? & an uxori clericis coniugati gaudentis priuilegio fori, gaudent etiam fori priuilegio.

Prima conclusio. In priori casu non potest 151. his puniri a iudice faculari. Ratio: nam consideratur tempus, quo fuit commissum delictum, sed in illo erat exemplus a iudice faculari: ergo. Ita Perez lib. 3. ordinarii. tit. 1. l. 10. fol. 803; citans plures.

Seconda conclusio. Vxor sue clericis coniugati, siue cuiuscumque gaudentis fori priuilegio, vt Doctoris, &c. gaudent etiam fori priuilegio, & hoc non tantum viuo marito, sed etiam eo mortuo durante videtur. Quare vxor Doctoris, vel clerici, que homicidium commisit viuo marito, vel durante videtur, debet conueniri coram scholastico, vel Episcopo, non autem coram iudice faculari. Ita tenet Holt. tit. de foro comp. num. 8. Immola & Panorm. cap. 2. eodem sit. Montalbus 1. 2. tit. 2. p. 2. art. 3. vers. 3. tercera, & plures alii, quos refert, & sequitur dicens esse communem, & se audiisse ita practicatum. Salmantica, Perez lib. 1. ordinarii. tit. 1. 1. fol. 96. & 97. quamvis contrarium teneat Joannes Andreas cap. anlico, de clericis coning. in 6. & Gregor. Lopez d. 1. 2. vers. 2. eadem sententia. Dicit se credere quod sententia Joannis Andree in practica feruatur; cum Perez tenet Angel. excommunic. 7. casu 5. num. 8. Sylvestri. excommunic. 9. casu 5. in fine, Tabien. excommunic. 5. casu 1. 8. num. 7.

Vtima conclusio. At xvori clericis non gaudet priuilegio canonis: unde ipsam percūtens non est excommunicatus. Ratio: quia cum sit matrem penitentis, non est extendenda. Ita Perez ibi, citans plures.

#### D V B I V M . IV .

An iudices Ecclesiastici possint indicare laicos.

Prima conclusio. Index Ecclesiasticus potest iudicare omnes laicos, quando causa, de qua agitur, est spiritualis, scilicet ad sacramenta, vel ad fidem, vel ad legem diuinam, & supernaturalem, vel ad Ecclesiam, vel Ecclesiastica bona, vel iura, vel ad alia similia, quia aliquam spiritualitatem participant, pertinet. Ratio: quia praesit directe rebus spiritualibus, & de ipsis tenet leges. Ita habetur cap. decernimus, de indic. Conclusio haec est omnium. De hac potestate, quam in rebus spiritualibus iudicandi habet Ecclesia, latet Albertus Pighius de ecclesiastica hierarchia lib. 4. cap. 2.

Seconda conclusio. Index Ecclesiasticus potest iudicare omnes laicos ratione delicti & peccati, quoties id fuerit necessarium ad bonum communione, vel ad bonum ipsius peccatoris; & hoc contingit, quando index laicus est negligens, vel non est sufficiens, vel suspensus; tunc potest compellere ipsum ad iudicandum, vel supplerre eius defectum iudicando laicos. Ratio: quia Ecclesia habet omnem potestatem a Christo necessariam, & conuenientem ad bonum eius regnum, & ad salutem universitatis, cap. ex transmissa de foro compet. & cap. administratores, 2. 3. quest. 5. Ita Sylvestri. index, 1. quest. 3. dictio 2. D. Anton. 3. p. tit. 9. cap. 2. 5. 2.

#### D V B I V M . III .

An qui erat Clericus tempore commissi delicti, & post est effectus laicus, ut si factus est bigamus, & posset puniri pro tali delicto a iudice faculari, posse quamcumque factus est lai-

**Tertia conclusio.** Omnis Christianus, vt sic, est fori ecclesiastici: vnde potestis ecclesiastica cognoscere potest de quolibet peccato mortali Christiani cuiuslibet ad cogenitum ipsum, ut penitentiam faciat, & a statu peccati semouatur. Et oportet alterius videtur hereticus Ratio, quia *Matth.* 18. vniuersaliter de omnibus peccatis precipit Christus esse denuncianda Ecclesia, & contumaces ab ea excommunicatione plectendos. Ita tenet Nauar. cap. nouit. de indic. notabil. 6. n. 33. 34. & ita colligitur ex illo capite.

**4.** Vnde infertur cum Nauarro ibi, num. 22. & 23. quod potest laicus super quolibet peccato mortali conuenienter coram iudice ecclesiastico, nisi ipse laicus conuentus excipiat, id est, opponat, quod actor malitiosus, dolo, ac fraude, videtur eum trahere ad forum ecclesiasticum, cum posset directe ipsum conuenienter coram seculari, & videtur potius suam satisfactionem quartare, quam ut alterius penitentia peccati, & satisfaciatur, ut sic restituatur in Dei gratiam. Et hanc exceptionem (inquit) teneat iudex ecclesiasticus admittere.

**Quarta conclusio:** licet propter necessitatem de omnibus criminibus possit iudex ecclesiasticus iudicare laicos: sunt tamen aliqua crimina, de quibus ad ipsum solum, & non ad iudicium secularium pertinet iudicare laicos, ut sunt heres, simonia, superstitiones, sacrilegia aliqua, & alia similia, quae sunt contra fidem, & religionem, & hac dicuntur mere ecclesiastica. Alia vero sunt mere secularia, id est, quae proprie pertinent ad forum secularium, & haec sunt illa, quae sola lega facultati sunt verita, & a portione iustici extra Regnum. Alia vero sunt mixti fori, que scilicet aquae ad utrumque iudicem spectant; & qui prius ceperit reum, potest ipsum punire, & haec sunt ea, quae sunt vetia legibus civilibus, & ecclesiasticis, ut usura, concubinatus, &c. De his consule Summis verbis. crimen, & Nauar. cap. nouit. de indic. notabil. 6. n. 33. 34.

Sed circa hec mixti fori crimina nota duo. Primum, quod in his non potest iudex ecclesiasticus a seculari impediri, quo minus de eis aduersus laicos cognoscit. Ita Perez lib. 1. ordin. iii. 3. l. 6. fol. 1. 28. Secundum est, quod si crimen est mixti fori, licet res fuerit in foro ecclesiastico absolutus, potest nihilominus apud iudicem secularium iterum accusari, criminemque ipsum examinari, & puniri, nisi poena a iudice ecclesiastico infligatur, satis sufficiens ad criminis punitionem. Ita Cour. lib. 2. 2a. result. cap. 10. num. 6. dicens esse communem omnium sententiam.

## D V B I V M . V.

Dato certum esse posse iudicium ecclesiasticum in dictis causis iudicare laicos, an possit ipsos etiam in carcere mittere.

**Q**uidam Doctores tenent, quod non potest, nisi in casu heres, vel similibus. Ratio, quia ad iudicium ecclesiasticum contra laicos non pertinet procedere, nisi per censuras, & quando haec via non possit esse sufficientem corrigit, vel punire, inuocare auxilium brachii secularis; & ad hoc & eundem non est necesse illarum eos in carcere mittere. Sic tenent Anchur, & Ioan. Lopez, & alij, quos refert Cour. quæst. præc. cap. 10. num. 2.

& fauent huic opinioni aliquæ leges regiae ordinam. l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. recip. iulius. Clarus lib. 5. recep. 6. fin. quæst. 37. num. 8. Aules cap. 1. *Praes.* 12.

Alij tenent contrarium, & secundum hos cum quadam moderatione est dicendum, quod quod causa est criminalis, & ad punitionem proceditur (secus quando in criminalibus proceditur culiciter) runc bene potest iudex ecclesiasticus laicos incarceratione, non obstante quacumque confusione. Item, & in causa ciuili, si confusione precepta obtinentur fuit in ipso, quia cum res de lege sit licita, sumatur confusione. Verum in causa ciuili, quando scilicet iudex damnat laicum ad aliquam pecuniam quantitatem solendum, vbi de hoc non fuerit confusione precepta, non poterit capere, nec incarceratione laicum, quia hoc nec a iure, nec a confusione habet: sed in eo cau iluocabit auxilium brachii secularis. Sic tenent Baldus, Donat, & alij, quos refert, & sequitur Cour. vbi *supra*, & in hoc sensu sunt interpretanda leges Regni; quamvis enim generaliter loquantur, hoc tamen est conforme iuri canonico. Idem Paz præc. 2. tono, præludio 2. num. 54.

## D V B I V M . VI.

An quilibet homo possit se cuilibet iudicii subiungere.

**P**rima conclusio. Laici bene possunt se exhibere subditos cuicunque iudicis alterius loci habentem iurisdictionem (si enim non habeat iurisdictionem, nequit ei dare) & hoc in ciuibibus, in criminalibus enim non possunt. Ratio, quia in hoc nulli faciunt iniuriam, & si possint cedere iuri suo, l. 1. & *prætorum*, C. de iuris. Ita glossa cap. si diligenter, de foro compet. vers. pato. Panorm. ibi. Sylvest. iudex, 1. quæst. 2. dico 2. Tabien. verba iudicaria, num. 11. Angel. verbo iudicium, num. 2. & confessio 3. num. 4. D. Anton. 3. p. tit. 9. cap. 2. §. 3. licet non ponat illam limitationem, scilicet in ciuibus.

Secunda conclusio. Clericus non potest renunciare priuilegio fori, & si nec in ciuibus, nec in criminalibus potest se subiungere iudicii secularium ab eo iudicandus. Ratio, quia hoc priuilegium fori reficit totum statum, & ordinem clericalem: unde alii fieri intiuunt. Item, quia index secularis nullam habet iurisdictionem in clericos, & clericus non potest ei eam dare. Ita habetur expressè cap. si diligenter, de foro compet. vbi glossa. Panorm. & omnes. Sylvest. & D. Anton. vbi *supra*. Tabien. verbo index, num. 2. & Armil. num. 1. 8. Angel. verb. iudicium, num. 3. Cour. quæst. præc. cap. 33. num. 2. Perez lib. 1. ordin. tit. 3. l. 1. fol. 101. & lib. 3. tit. 1. leg. 2. fol. 777. 778. Turrecrem. cap. non licet. at 3. 9. 6. num. 6.

**Tertia conclusio.** Clericus si renunciat huic priuilegio, respondendo coram iudice seculari, si causa est ciuilis, cadit à causa, & si est criminalis, amittit dignitatem, & si illam non habet, potest alia extraordianria puniri, ita haberetur cap. si diligenter, de foro compet. & ita Sylvest. dico 3. D. Anton. vbi *supra*. Sed nota cum glossa d. cap. si diligenter, vers. translat. quod haec pena non incurritur ipso iure, sed per sententiam; que vero sit pena iudicis

quæcumque basilice, cremitoria, facella destrui non possint sine Episcopi auctoritate. Vnde minus bene Henr. ib. 7. de indul. cap. 1. num. 4. litera R. dicit priuatum oratorium, quod domi quis habet cum licentia Episcopi ad celebrandum in eo, gaudere hac immunitate. Cuus contrarium dicentes esse omnium, tenent Iulius Clarus *supra* num. 6. Paz *supra* num. 30. Panormit. & Remig. quos ibi refert Clarus. Item hac immunitate gaudet Ecclesia, licet sit interdicta. Paz num. 39. Clarus *supra* num. 5. Sylvest. Tabien. Armil. & Gregor. Lopez ibi, & plures per ipsos citati, Angel. num. 27. Item quadragesima pallus circuum Ecclesiam in atricem, cap. *scutum antiquus*, 7. 9. 4. & triginta pallus circum alias Ecclesias, cap. *definitus*, & cap. *quisquis*, 7. 9. 4. & notarii omnes Summi: sed nota quod hoc moribus receptum iam non est, vt nota Iulius Clarus num. 2. Paz num. 34. Cour. ibi num. 5. Nauar. ibi num. 18. Gregor. Lopez part. 1. tit. 11. l. 2. vers. en suis partibus. Item hac immunitate gaudet eccliticum, Sylvest. ibi, Armil. num. 16. Tabien. num. 1. Angelus num. 24. Paz num. 33. Nauar. num. 17. addens, suavit continuum, sive contignum Ecclesia. Item monasteria Religiorum, Armil. & Tabien. ibi. Gregor. Lopez part. 1. tit. 13. l. 4. vers. & *la Tylegia*. Paz *supra* num. 32. dicens cum Remigio, omnia intra ambitum eius contenta. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 3. §. 1. Item dormitorium commune clericorum, & Religiorum. Nauar. dicto num. 17. colligitur ex cap. *cion pro causa*, de sent. eccl. commun. Item hac immunitate gauderet delinquens, qui cum ad Ecclesiam configiueret, tam claudam iuniores, manu portas, caruim anfam, aut veates apprehendit. Ita Cour. ibi num. 8. citanti Joannem Igneum, Paz num. 46. Item hac immunitate gaudet palatium Episcopi, cap. id *confituum*, 1. 7. 9. 4. Cour. ibi num. 5. citans Innocent. Panorm. Holt. & Henricum, Sylvest. *immunitas* 3. q. 1. Armil. num. 19. Tabien. num. 14. Angel. num. 25. D. Anton. d. 11. 1. Gregor. Lopez d. 1. 4. Paz num. 35. Iulius Clarus num. 3. Nauar. num. 8. glossa. cap. id *confituum*, vers. vel domo. Sed nota, quod vt refert Cour. aliqui non aliter habent immunitatem palatio Episcopi concedunt, quam si confituum sit intra Ecclesia matrix quadragesima pallus, quos Oldradus sequitur, & praxis forensis frequenti omnium confituum. Iulius Clarus, Paz ibi. At, telle codem Cour. communis sententia tenet oppositum, quia sequitur Innocent. Panorm. Holt. Henricus, Nauar. Gregor. Lopez, D. Anton. Sylvester, glossa ibidem, & cap. verius. An vero Ecclesia taliter destructa gaudeat hac immunitate, si sit destructa auctoritate superioris, vel sine spes redificationis, non gaudeat: si vero sit destructa sine auctoritate superioris, vel subiecta spes redificationis, gaudeat. Itaque vt non gaudeat, requiriatur, quod sit destructa auctoritate superioris, vel si sine illa, vt non subiit spes reparacionis. Si Remig. de *immunitate*. Eccles. amplius 20. Clarus *supra* num. 6. Paz num. 38. Item hac immunitate gaudet domus Ecclesie facte habitatione clericorum, si sunt intra dictos triginta, vel quadragesima pallus, vel continua alii scadillo, cap. *quisquis*, 17. quæst. 4. Nauar. num. 18. Item hac immunitate gaudet a fortiori Regum, & Imperatorum. Nauar. num. 18. Item ianua & porticus Ecclesie, aut cemeterio annexa, claustrum etiam,

**4.** Quarta conclusio. Clerici bene possunt se subiungere iudicibus arbitris, qui ex consensu partium eliguntur, & possunt ab ipsi licite & validè iudicari. Ratio, quia intentio iuris non est hoc prohibere, sed ne existant coram iudicibus secularibus, qui propriæ tales sunt: cuius ratio est, quia iudex arbitris non habet iurisdictionem, sed eius sententia statutu metu pœna. Ita tenet Panormit, cap. *scutum antiquus*, 7. 9. 4. & triginta pallus circum alias Ecclesias, cap. *definitus*, & cap. *quisquis*, 7. 9. 4. & notarii omnes Summi: sed nota quod hoc moribus receptum iam non est, vt nota Iulius Clarus num. 2. Paz num. 34. Cour. ibi num. 5. Nauar. ibi num. 18. Gregor. Lopez part. 1. tit. 11. l. 2. vers. en suis partibus. Item hac immunitate gaudet eccliticum, Sylvest. ibi, Armil. num. 16. Tabien. num. 1. Angelus num. 24. Paz num. 33. Nauar. num. 17.

## D V B I V M . VII.

Qualiter peccat iudex extrahens reum ab Ecclesia.

**I**n hac re certum est, quod si Ecclesia illa gaudet hac immunitate, & reus ille iudex extrahens committit sacrilegum mortale, & tenetur illum restituere Ecclesia: non tamen possunt clerici armis illum defendere, sed tantum censuris, cap. 1. de off. deleg. cap. fin. de rebus Eccles. non alien. cap. diligenter, de panis, & tenet Collector, & Remig. quos refert, & sequitur Paz præc. 1. 5. p. c. 1. §. 3. num. 16. Est tamen publica penitentia imponeenda iudicii ex stralenti, nec abfolendum erit, donec illum restituatur. Paz ibi alios refert, Gregor. Lop. l. 4. tit. 1. part. 1. & iure ciuili puniri pena 30. libram argenti parvissimi, sed haec iam abit in defutitudinem. Iulius Clarus præc. crimin. §. fin. quæst. 30. num. 1. Paz *supra*.

**2.** Sed quenam sunt loca gaudentia hac immunitate, vt ex illis non possit reus ad illa configiugari. Respondebit, quod haec immunitate gaudet omnis Ecclesia consecrata. Ita tenent omnes Doctores. Item Ecclesia diuina cultui dicata, etiam si non sit consecrata, cap. *Ecclesia de immunitate*. Eccles. vbi id notari glossa vers. admittitur, & vers. celebrantur. Cour. lib. 2. ver. refut. cap. 20. num. 4. citans plures, Sylvest. *immunitas*, 1. q. 1. Angel. ibi. num. 25. Tabien. verb. *immunitas*, 1. 14. Armil. ibi. num. 19. Greg. Lopez part. 1. tit. 1. l. 4. vers. *la Tylegia*. Iulius Clarus lib. 5. recep. cap. fin. quæst. 30. num. 4. Paz præc. 1. part. 1. p. cap. 3. §. 3. num. 24. Quod limitant aliqui ex dictis Doctoribus, dempta etiam glossa, quando auctoritate Episcopi est fundata, sed quid si in ista Ecclesia nondum consecrata habentur diuina officia celebrata non sunt. Glossa ibi dicit cum Rebutio de *immunitate*. Eccles. glossa 1. n. 10. non gaudere haec immunitate; sed contrarium tenent Cour. Sylvest. Paz, Iulius Clarus, & plures alii per Cour. citati. Et hoc videtur verius. Item eadem immunitate gaudent hospitalia, ac priuata oratoria. Episcopi auctoritate fundata. Ita Sylvest. Paz num. 2. 7. 28. & 2. 9. Tabien. & Armil. ibi. Angel. num. 26. Nauar. in man. cap. 5. num. 17. & idem dictum de hospitalibus Greg. Lopez, & Courarr. ibi, & plures alii per ipsos citati. Sed Nauar. apponit aliam limitationem, modo (inquit) illata loca, &

etiam, &c pavimentum, licet spatium plus quam triginta passuum contineat. Nauar. *ibi*, citans aliquos.

- Sed nunquid fugiens ad sacerdotem Eucharistiam manibus portantem hac immunitate gaudeat, ve inde non possit inuitus aucti? Multi, quos referunt Couar. ibi nnn. 6. tenent partem affirmantem. Idem tenent Archid. & Turrecrem. caputque suum. 1. quest. 2. num. 2. Palacios Rubios rubr. de donis. §. 8. num. 3. Holt. & plures alii, quos referunt & sequuntur Syluest. immunitas 3. quest. 1. Angelus num. 2. Amul. num. 1.9. Tabien. num. 1.4. Anton. d.s. 1. Gregor. Lop. d. 4. Naur. d. nnn. 18. citant aliquos, Perez lib. 1. etiamn. tit. 1.1. fol. 2.5. & l. 3. fol. 38. & citat plures, dicentes esse communem Anton. Gom. tom. 3. var. refol. cap. 1. c.n. 1. Segura. quemadmodum, ff. de acquis. pos. n.70. Ferdinandus Gomez l.2. Taur. n. 8. Montalbus. I. 5. sit. 20. lib. 2. fari, Paz supradicta. n. 3. Plaza lib. 1. delib. cap. 34. n. 6. Menchaca lib. 2. etiamn. §. 22. m. 5. Remig. de immunitate ampliar. 1.8. n. 3. Azeudo lib. 1. recip. l. 2. Horum ratio est, quia licet hoc non sit in iure expressum verum, quia hac immunitatis templis conceditur ob eorum reverentiam, cum maior debetur corpori Christi, fit, ut a fortiori hac gaudeat. Secus tamen efficit dicendum ubi captus in carcerebus, ad Eucharistiam, quae in carcere adducitur, fugeret. Ita Holt. & cateri per Couar. citati, & Sylvest. & D. Anton. Paz supradicta. n. 37.

Alij vero dicunt fugientem ad Eucharistiam, non gaudente hac immunitate, ita gloilla d. cap. gau-  
sum; z. s. in pastibus Barb. & Cardin. vt referunt Perez, in d. Couar. lib. 1. dicit dubium libi esse prio-

DUBIVM VIII

*Qui delinquentes possint ab Ecclesia, & ceteris  
locis gaudentibus, hac immunitate  
extrahit, & cui non.*

- Rimò, excommunicati hac immunitate etiam  
gaudent, ut ex his locis propter delictum  
extrahi non possint. Ita Cour. 2. v. cap. 20. n. 11.  
contra Fellinum cap. 2. de except. & summanum  
confess. de immunit. Eccles. quis. s. & Iulius Clarus  
dicit in puncto iuris esse dubium contrariantem  
fentiam. Sylvest. immunitas. 3. queſt. 3. Iulius Clarus  
lib. 5. recepi. §. p. queſt. 30. vers. quarto etiam. Angel.  
num. 1. Tabien. verbo immunita. num. 6. Atmili. lib.  
n. 7. Par. pral. 1. tom. 5. cap. 3. §. Lopez. num. 112. D. Anton.  
3. p. 1. 1. 1. 2. cap. 3. §. 1. Gregor. Lopez. t. it. 11.  
1. 4. vers. los que. Naur. in manua. cap. 2. 5. mon. 19.  
citans aliquos, & idem dicit cum la. Paz de interdicto,  
& suppenlo. Item gaudent blasphemus, qui  
tantum blasphemus, & non heretici est. Naurau.  
ibi. num. 2. o. contra Nicolatum Boerium, & Remigiu.  
pum per ipsum citatos, & contra Cour. num. 11.  
time, & contra Paz num. 110.

Sed quid de hereticis? Duplex est sententia.  
Prima ait, eos gaudere quoad delicta alia ab  
ref. Ita Sylvestris & Gregorius Longus.

rech. Ita Syuley, & Gregor. Lopez.  
Altera absolute dicit, eos non gaudere. Ita Co-  
uar. *ibid.*, citans Villadiego in *traucto de heresi*, quod t. 11.  
num. 1.5. Hippolytum & Boetrium. Ireni tenet Si-  
mancas lib. *infatu*, in *notio*, tis. 46. num. 6. *supra*,  
n. 1.8. Idem tenet Naratius n. 2. o. hac limitatione,  
nisi ad Ecclesiam consurgant, ut fidic reducatur.

